



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 19. Princeps Condæus rejectis hisce articulis nonnisi Nobilium  
sententias rogans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

venire, & Consistoria, ac Synodos ad Sæcul. XVI.  
 disciplinam Ecclesiasticam constituen- A.C. 1563.  
 dam pro suo arbitrio celebrare. IV.  
 Baptismata a Protestantibus facta non  
 iterentur. V. Matrimonia inter eos  
 celebrata rata habeantur. VI. Liberi  
 ex eis suscepti censeantur legitimi.  
 VII. Ea, quam illi profitentur, religio  
 in posterum nec nova, nec existimata,  
 sed mere reformata appelletur. VIII.  
 Officiis, & functionibus publicis, bonis,  
 dignitatibus, & honoribus, unde ob Reli-  
 gionis odium dejecti sunt, restituantur.  
 IX. Judicia contra eos data revocentur.  
 X. denuo de eorum causa a non sus-  
 pectis iudicibus cognoscatur. XI. In il-  
 los, qui apud Senones Vassiacenæ la-  
 niennæ seditionem commoverunt, & pa-  
 tratorum aliis in locis facinorum au-  
 ctiores fuerunt, severe inquiratur, & in  
 facti reos, ac convictos, si adhuc vivunt,  
 vel si mortui sunt, in eorum memoriam,  
 pro criminis gravitate animadvertatur.

## §. XIX.

*Princeps Condæus rejectis hisce ar-  
 ticulis nonnisi Nobilium sen-  
 tentias rogans.*

Equidem Condæus Princeps hosce *Thuan. l.c.*  
 articulos, quos rejicere non aude-  
 bat, excepit, cum tamen illos potius ad

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

augendas, quam extinguendas belli flammam aptos cognosceret, circumspicte illos in colloquio producere reuocavit, moxque ad Reginam animo magis pacato accedens, cum eadem usque ad duodecimam Martii pacifcebatur, qua etiam die pax sancita, ac conclusa fuit, omnesque articuli eo tenore fuere subscripti, quo in edicto hanc in rem die decima nona Martii in Ambrosiana arce promulgato continebantur.

## §. XX.

*Edicti Ambrosiani articuli de pace cum Calvinistis.*

*Recueil. de tout ce qui s'est passé pour &c contre les Protestantes par le Fevre p. 15*

*Mezer. ab-vege chron. tom. 5. p. 117. Mem. de Casteln. l. 4. c. 11.*

Hoc edictum sequentes complectebatur articulos: I. In omnibus urbibus, in quibus spurix reformationis, ac Religionis affectu die septima ejusdem Mensis Martii eandem sectam profitendi libertate gaudebant, eadem quoque impofterum ibidem, exceptis tamen Ecclesiis, atque Ecclesiasticorum ædibus fruantur. II. In singulis Præfecturis, in locis Senescalli jurisdictioni obnoxiiis, & Legatariis Provinciis Præsidum regimini subjectis, uti Peronnæ, Montis-Desiderii, Raugæ, Rupellæ, atque in aliis ejusmodi civitatibus, in quibus ad supremas Curias provocatio est, locus aliquis ad publicum Religionis suæ usum idoneus, vel in suburbiis, vel